Assertiones Quodlibetariæ

Disputandæ In Scholis Medicorum die martis 14ª Januarii, ante meridiem,

Præside Literatissimo, atque Exercitatissimo viro

D. Philippo de Flesselles Medicæ professionis doctore.

An humorum fluentium Revulsio, fluxorum Derivatio Medela sit?

Natura duabus interitus nostri, ex primordiis nostræ generationis nobiscum natis causis repugnatura, corpus facultatibus naturalibus instruxit: utilis attractrice, attracti retentrice, attracti et utilis coctrice; atque alieni quantitate, vel qualitate expultrice: siccitatem præmaturam renovatura, et triplicis substantiæ fluorem exhaustura.

Hinc varias coctionum officinas, certo sibi ordine succedentes, quarum posteriores priorum vitia non emendant: hinc varias mutatum formas, quorum libertas ad sanitatis tutelam, et morborum abactionem est imprimis necessaria.

Sanguis humorum omnium obsequentissimus, extra vasa elapsus, aut vires gravans facile degenerat, expultricemque sui admonet officii in locos imbecilles, laxos, dolentes, calentesque labitur, phlegmonem ex omnibus humoribus natam generans, aut exterioribus sedibus conspicuam, aut penitus [illegible]: hanc proprio symptomatum concursu denotabis: illam rubore, renixu, et dolore in sedibus arteriosis pulsatili.

Nec minus contentricis molesta est cacochymia, quam cum expultrix persequitur, tumores sibi congeneres parit, bilis erysipelata, pituita oedema, atra bilis cum fervore cancrum: in quorum curatione magna utilitate sæpe vena pertunditur. Scirrhus a visco pituitæ, aut succo sive fervore melancholico sæpius fit, nonnunquam et permutatione.

Unde fluxionis impetus incitatur, et quo humores procumbant contemplator: mox positionum sex differentias revulsiones (nisi veneniata materia prohibeat) fluxionem adimunt, secundum quas omnes fiunt revulsiones: quas adiuvat communitas venarum et rectitudo: nihilo secius sine rectitudine, et communitate revulsiones: sicuti ad vicina qui locum obsederunt succos derivat, aut ipsamet parte vacuat.

Fluentium Igitur humorum Revulsio, fluxorum derivatio Medela est.

Has Proponebat Hugo Babinet parisiensis. 1550.